

395

C O D I C E S

396

- CXL. VII. f. 15. *thaei Vindocinensis Tobiadem*, Poema elegiacum etiam Cod. CCLIX. relatum. In Exemplo praesente Dicatio:
- 854 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 36. 8. caractere minuto exaratus continet *Mat-*

Ecclesie turonensis apex ouium speculator &c.

anteit Praefationem:

Ex agro ueteri uirtutum semina, morum &c.

Ut de ejus merito specimen aliquod dem, en prima ipsius Poematis Difficha cum Editione *Ar-*
gentin. 1510. 4. comparata:

Codex.

Editio.

- | | |
|---------------------------------------|------------------------------------|
| Dist. 4. merito, simplicitate praeit. | <i>merita simplicitate praeit.</i> |
| 5. praeit tempora. | <i>praeit tempore.</i> |
| 8. non mergit honestum. | <i>non frangit honestum.</i> |
| 12. Triplice compatitur. | <i>Triplici compatitur.</i> |
| 13. Praeuia — studet. | <i>Premia — solet.</i> |

Quae qui expenderit, pro Codice pronuntiabit. Summaria Particulis Narrationis adscripta sunt. Dedit vero Poema in hoc versu:

Crescat in immensum generatio uestra. Ualete — —

ut adeo desint Carmina 267.

- CXLI. VIII. g. 3.
- 580 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 19. 4. inscribitur: *Paraphrasis Septem Psalmorum Poenentialium Harmonia Sapphica Reddita Et Exposita. In Gratiam et Honorem Illustrissimi Principis ac Domini Domini Maximiliani II. Romanorum Imperatoris, nec non Hungariae et Bohe-*
- miae Regis, Archiducis Austriae &c. Domini sui Clementissimi. Authore M. Joanne Spanglio Oenipontano. Anno salutis humanae M. D. LXIX. In Praefamine laus Doctrinae coelestis ejusque Administrae Poetices. Hujus porro in Nostro facultas admodum tenuis, ut patebit e subiecto Psalmi VI. specimine:*

Orbis